

L. florus
Dialogus luciani cum recomendacione
hemi francisci petrarche
Dialogus luciani qui inscribitur caron
Judicium iouis de montefort et
Historia occisorum in Culm
Oro marci tullii ciceronis
pro marco marcello ad p.c.
Oro invectiva contra catholinam
Basilius magnus
Eple magni Turci
Latinum ydeoma pro religiosis
Elegancie latinitatis ingeniosi p.
una cum modo epistolandi
Eple ingeniosi mauis

L. Annei flori Epithoma hoc emendatum fridianus pighinutius lucensis Et Joannes Wittigis ere imprimendum curaverunt. Quod arte sua Conradus gallicus In oppido lipczensi perficit xii. Calend. Junii Anno salutis M°. CCCC° lxxxseptimo 1487

[redacted]

A. 1523

Audi. Ju. U. n.
Univer
Crato:

Iusteins libelli est possessor nicolaus dumpbowsky et est emptus pro novem grossos.

Apud magistrum Bronmyeszky

Jhus Maria Anna

6

Epistole Magni Turci

Honorabili et humano viro dño Johanni Hauck Ecclesie beate Marie virgis in Rombilt. Canonico Johãnes maius Inter artiũ mgr̃os Liptzenses minimus S.D.

Cum sepe moltumq; mecuz ipse recenserem illaz ingenij tui summã beniuolentiã / qua me / sicut in ceteris omnib⁹ / sic in hac re ꝓsecutus es: dum epistolis Magni Turci / et Phalaridis Agrigentinorum regis famosissimi et prudẽtissimi / iam latina facta nõ dedignat⁹ es contribuẽ. Que cũ omni sapiẽcia / p̃clara eloquẽcia: et maxia vehemencia / salibusq; acerrimis reluceant: grandẽ illã veterum et stupendã potenciam et magnanimitatẽ fidelissime exp̃mentibus Raroq; anr̃is vel omnino nõ habeant / ego ꝓ mea innata facilitate / qua in om̃es / primũ aũt in patriaz et amicos officiosi eẽ debem⁹ / Nolui te / qui ante vnice hui⁹ / vt aiunt / voluptatis possessor eras / tãto tuo splẽdore quẽ abs te iã diu habui priuare Existimãs etiã non paruũ nr̃e rei .p. ornamentũ accedere / si illa p nos / vt imp̃ssa a nr̃e regionis viris nobilibus et studiosissimis legi possent / effectũ eẽt. Recipe igitur nunc qd̃ deposuisti. Tibiq; psuadeas / maximas et ppetuas nr̃am rem .p. pro tam huius rei benigna exhibitione / tibi gratias redibituram Vale Ex Liptzk Anno salutis nr̃e Millesimo quadrigentesimooctogesimo octauo Septimo kl'as Marcij

2

Laudinij equitis hierosolimitani: Ad francinuz Beltrādū Comitē in epistolas Magni Turci. prefatio.

Pistolas a mē nuper in lucem editas: ad quez potius mitterez francine: quam ad te: habui neminem in quibus non tam mihi laus scribendi: quā voluptas quesita est. Nam cū mei gratia colligēdi Licianū Campanie oppidū secessissez: has quidez per ocium minus accurate scriptas edidi. vt et tibi sollicitudinis et studiorum rationē non inuito redderemus. Commētarios vero: quos olim ad summum pontificem scribē aggressus fueram: vt in aliud tēpus remitterē: suscepti operis magitudo efficit. At scio me tn̄ in hac re multorum maledictis exponē Adeo peruersa hominuz ingenia sunt: vt nemo ex cōscientia recti: sed frontis arbitrio quisque iudicet. Sic vbi iam pridem verum amisimus: hoc de me posteris iudiciuz relinquo. Nunc pueri nasum rhinocerontis habent.

Argumentum Epistolarum.

Maumetes Turcorum Imperator: cui postea ex magnitudine rerum gestarum magnus Turcus cognomē to fuit. Cum asia potiretur (auctis paterni regni viribus) in Europam copias ingentes per Ellespontum classe traiecit: quibus mox Bizanciuz nobilissimam Constātini vrbem vi captaz expugnauit Missiā vero vtramque Galathas: Thratiā: Achoiam: Peloponessum: Acarnanes Etholos: Ambraciā: Epyruz atque omne yllericū latus in potestatē redegit Asie vero minoris regna circiter. xij. obtinuit Pontū Bithi-

ntaz: Capadociā: Paphlagoniam: Ciliciā: Pāphi
liam: Liciaz: Cariam: Lidiam: Phrygiā: atqz oēz
Helespontum: quib⁹ imperat Epistolas vo ad innu
meras orbis gentes plurimas dictauit partim Sy
ro et Greco sermone cōpositas: partim etiā Scyti
ca lingua scriptas: quas quidē laudini⁹ Eques hiero
solimitan⁹: eaꝝ p⁹ sentētias assecut⁹: latinas edidit.

Turcus zancassano regi Persaruz.

Audio te ad leptam (Euphrate superato) copias in
gentes traiecisse: quib⁹ mox Parthoꝝ fines ingress⁹
omnia belli incēdio late vastaueris. ac tuoꝝ impetu
facto: exercitū in Armeniā traduxisse vt que post vr
bium dirreptōes: vicos: oppida: et agros in predaz
militum diuiseris. Te quidē miror nō victoris ani
mos: sed predonis ondere. Nos tn̄ ex oi grecia de
lectu habito: aduersuz te cōfligere param⁹. vt equis
viribz cū hoste ɔtendas. Turpissimuz quippe duci
mus: maximos atz opulentissimos reges latronum
bella imitari

zancassanus Turco.

Cum sub radicib⁹ Thauri castra posuissez: mox ad
Thesiphontē oppugnandā cū exercitu magna celeri
tate cōtendi. fines preterea Armenioꝝ late depopu
latus. vt metu nobis omia parerēt Quo magis mi
ror ipe ob que iure belli tot ac tāta gessimus abs te
factum meuz accusari. Non em̄ ex hoste laudem:
sed victoriam querimus

Turcus zancassano.

Ad Cilicie angustias cum exercitu perueni: quo in

loco Darium Alexander Max: memorabili clade superauit Nec aliā nobis fortunā belli pollicemur: q̄ Alexandrū felicitate ac rex gestax gloria equauim⁹ Non em̄ m'ltitudine imperita res magne gerūtur sed in virtute paucox: victoria sita est.

Zancassanus Turco.

Cum ad vires ip̄e. meas respicio: ac magnitudinem rex gestax: quib⁹ deos immortales felicitate equaui: temerarios quidē tuos apparat⁹ minimi duco. Qui eo sp̄ vsus sim inuictissimo exercitu: cui⁹ virtute regū fortunatissim⁹ appellarer Bactrianosq̧ oēs Persas. Medos: Armenios Parthos: ac vniuersū pene orientē armis subegerim. solusq̧ post Alexandrum bella gentib⁹ indixi. Tu vero supiore loci fortūa ad Cilicie angustias gl'ari desine Indus elephas Culicem non timet Nec vero tam difficile quicquā ē vel arduū: quod nō ptinax militū opa expugnet Virt⁹ profecto nihil inuium habet.

Sexuares rex Armenie. Turco.

Oratores nr̄os ad Zancassanū in Thesiphontē misimus: qui apparatu incredibili Mesopotaniam ingressus. Babilonē et Carras magna vi oppugnare contendit Syriā p̄terea omnē et Egyptū in p̄dam sibi destinauit Nusquā adeo innumerabiles copias tanquā ingētes exercitus i vnū coactos eē memoria ꝑditum ē vt Xerxem: Dariū Porrum. et Alexandrū magnitudie viriū facile suparit Accedūt his milia equitū sexcenta ac etiā totidē peditum. Apparat⁹

vero belli magnific⁹ et locuplex Tentoria vero gem
mis:ac etiā vario lapillorum genere distincta: regiā
suppellectilem ostendunt. Pellices in ꝯtuberniis to-
tidem:que pueros vltra septigētos adesse memorāt
Eunuchi p̄terea cū metatoribus impedimenta secuti
ad sex milia referunt. Arma etiam cuiusq3 generis
ad vsus castrorum affirmāt. Gallicos thoraces: Nu
mantina Hisparorū scuta. Latinas ocleas: Sa-
gittas Cydonū Cretenses: Arc⁹ particos: et Egip-
tiorū sarissas. Hec tibi omnia p speculatores nr̄os
quam diligentissime cognita nunciamus. Quis em̄
aduersns eum temere quicquā audeat: qui cum diis
ipis de imperio certare videat: aut quisnam reb⁹ su
is ꝯsulē non curet sedulo ob incuriā facilit periturís

Turcus Sexuari

Que nob de apparatu Zancassani p legatos signifi
casti: militū quidem nostroꝝ animos auxere Quib⁹
ad diripiēda hostiū castra spes longe melior ac belli
fiducia accesserit. Pellices vero gemmas atq3 exerci-
tus ornamēta: nihil ad victoriam cōferre existimo: q̄
cum hostib⁹ impedimento sint: nostroꝝ pocius ani-
mos ad predā accendere vident. Nec tn̄ de apparatu
regio nec deliciis cōtendimus: s3 de victoria: ac mili-
tum virtute quib⁹ regna parari soleāt Copias adeo
innumerabiles facile contēnimus Imperita enim
mltitudo ad fugā pmptior ē: quā ad victoriam.

Soldanus Turco.

Cum tot vsq3 victorias rerum gestarum magnitu
dinem ipe de te audiam: nulla quidē ratiōe satis ad

duci possum: hec vel tua vel militum virtute geri: sz fortuna pfecto: que in omni re dominatur Neque tñ ipse tuis laudibus inuideo Quis em̃ virtutē etiaz in hoste nō probet? Sed ea quippe est rerū humana rum imbecillitas : vt nisi cuncta fati necessitate re-gantur: fortune pocius om̃ia ludibrio exposita sint: quam vel prudencia hominū aut cōsilio recte guber-nari queant.

Turcus Soldano.

Longe quidē aberras: si eos qui res consulto agunt fatis omnia credere existimas Uirtus pfecto nun quam fortuna regit̃: sed ratio ipā animi ē: que ī cun ctis dominat̃. et qua ceteris animantib9 ad deos p-pi9 accedam9 Tu vero tamen eorum que tot ac tā ta gessim9 rationē accipe. Si nobis speculatores et vigiles nō desunt Si nobis etiam miles veteranus adest. Si tyro quiuis ex omni numero delectus Si pterea exercitus ingens vincere assuetus: vinci vero nunquā Et qui longas hyemes sub pellibus durissi me agat ac maximis sepe itineribus: piculis: labori-bus et vigilijs terra mariqz expositus sit. nullaqz bel landi intermissione fatigat9: et cuius acies nunq̄ lo co cesserit. ac nemo pedem referre audeat. Et qui fri goris estus ac inedie patiētissimus sit: nec fractus in aduēsis: nec in secūdis elatus. et qui mala postremo oīa virtute supauerit: et longinqua domo militia tot inumeras orbis gentes et incredibiles sepe hostiū ex ercit9 fuderit Cuius et ipē gr̃a vniuersi pene oriētis impator constitutus sum Si hec igit̃ om̃ia fortunā vocas: et casu euenire: fateor cūcta equidem fortune ludibrio agi.

Turcus pontifici Romano.

Corinthum Achaie nobilissimam Etholos: Acarnanes: Macedoniã: atque omnẽ Peloponessum armis inuasimus Uicos ꝓterea: agros: et oppida late incendio depopulati: vt mox i italiam bellũ transferamus Hec tibi oĩa cũ summo christianoruȝ metu ac detrimẽto nunciamus

Pontifex romanus Turco:

Quod greciã omnem ferro igneqȝ vastaueris: non tam crudelitatẽ in hac re tuã: quã tot vrbiũ direptiões vlcisci param⁹. Neqȝ etem̃ victor hostib⁹ ignoscere poteras: qui tuis etiã immanitate scelere ac libidine nũquã pepercisti. Nec em̃ pium fasue quidquã apud hoĩes eẽ potest. cui (neglecta religiõe) deus in contemptu sit Nos tñ vero nullũ a te bellum i Italia metuimus. Facile em̃ scelerata hominũ arma contemnit: qui dei numine ac ꝑsidio tutus est.

Turcus pontifici Romano.

Frustra ꝑ deos imortales nobiscũ agis: qui nec tecũ de pietate: nec de religiõe: nec iusticia: sed de imperio contendim⁹ Uter armis victor extiterit / iustior: eidẽ belli cã debebitur Crudelitatem vero: ac etiã scelera que duo nobis grauissima obiecisti: ideo in captiuos exercemus: vt euȝ esse me re quidem experiantur: quem verbis homines predicant.

Pontifex romanus Turco.

Et si tecum nobis iustissima belli causa est: nõ pari tñ scelere vl' etiã ipa libidine regnãdi: sed p tuenda hominũ libertate arma sumpsimus Quis em̃ mores tyranni pditissimos equo animo ferat? Namq3 quod plerumque in ceteris vsu euenit: vt vl' metu vl' odio: nõ nunq3 etiã ira in subditos acerbiores reddãtur Ipse omnibus spõte immanior es: qui crudelitate potius quã victoria gloriaris. ac ea tanquã parum sit admisisse Captiuis etiã sp calamitates exprobrasti Meritas igitur penas exolues. Ultor ei scelerum deus: vindicte tarditatẽ supplicij grauitate cõpensat.

Turcus Venetis.

Ad patras ingenti cũ exercitu veni: vidi: et vici. hec vobis cũ maxio rei publice detrimento nunciamus.

Veneti Turco.

Nec belli vsu: nec virtute militum: sed nos fortuna ad patras superasti: que cuz minime sit in potestate hominũ sita. eandem ipse rerum vicissitudinez: qua nunc leuissime omniũ stolidissimus gloriaris: expecta Parum em̃ laudis victoria hz: in qua plus fortune ludibrio actum est: quã hominũ virtute seu cõsilio puisum.

Turcus grecie Magistratibus.

Nõ pigebit vos tandẽ ab armis discedere: quos totiens a me victos acie: belluz adhuc reparare audio. Victores enim arma decet inferre Victos quidem

obtemperare legimus Tutius igitur eē vobis duci mus equas pacis conditiones accipē/quam si rursū a me bello supati:pacem simul et arma amiseritis Nam sera nimis ē:post cladem deliberatio.

Grecie Magistratus Turco:

Nec prius ab armis discedemus:quam tē cuȝ bello congressi ꝓpulsemus iniurias:qub⁹ nos abs te victos fuisse totiens:tua ex clemencia gloriaris Dubios ei reꝝ euentus et cōmunē belli fortunā non ignoras. Pacem vero quā vt victis obtulisti recusamus Minime quidē rei gerende consilia apḋ hostes querenda sunt

Turcus venetis.

Classe vr̄a:quam ad belli naualis usum maximam compastis:litie maritima infestari audio:acvos late regni mei fines depopulatos Athaliam pamphilie vrbē armis circunsedisse . Videte obsecro quos tandem exitus hec habitura sint Aliena temere oppugnat qui egre sua bello tueatur . Vos nanque post amissam Calcidem seruare potius rem publicaȝ ac nominis dignitatem retinere oportet: quam armis imperium querere.

Veneti Turco:

Nec peloponessus nec Calcis equidē ipe iam prideȝ bello amisse : nos ab oppugnatione pterrent : quas non ipa virtute militū nec viribus expugnatas: sed facta nostroꝝ deditiōe in potestatē redegisti Nos tū

qui non armis pſidiam:ſed victoriā querimus:omnia tuis infeſta mari ac terra claſſe reddidim⁹. Nec eñ ad generoſi principis animos virtute accedit:qui nō iure belli captas vrbes:ſed inſidijs ꝓditas in ditionē accepit.

Turcus Genuenſibus.

Audio Menedoꝝ vr̄os apō̄ ciues graui mei nominis ɔtumelia ſepe cōcionari:tanquā nos iniuria aliqua maledicendo afficiat. Erratis vehementer.non eñ maledictis vobiſcum:ſed armis ɔtendimus.atq͡ʒ is de ſe facile rumores in hoſte cōtemnit:qui regnandi libidie nullā iam pridē apō̄ hoies infamiam declinauit.

Genuenſes Turco.

Nec patrū auctoritate Menedorus:nec vrbis decreto ciues de nr̄i ꝓbris omīb⁹ inſectant̄:ſed priuato q̄dam et inexpiabili odio:quo tibi omēs ad iniuriam ꝓuocaſti. Nos vero nō maledictis iniurias:ſed armis ɔpulſamus.paꝝ tñ nr̄a ſentencia rei conducit: qui de te ferantur i ɔditionibus rumores Nullam quidē honeſti ratiōʒ exigit uite male acte turpitudo

Turcus Naritijs.

Demenciam veſtram:non belli metum accuſamus Naritij:qui a me vobis arma vltro inferri perſuaſi eſtis:tanquā nunc ſibi in mures predam leo meditētur. Non pudet vos igitur culices in Elefantem confligere.

Naritij Turco.

Utinam vilis prede naritios cōtemneres: ipsi em̄ ad vires paruz tuas respiceremus. Sed nobis ignosce tot mala i hoste perpessis Nos quidē p̄terita: futurorum rationem habere compellunt.

Turcus Corcyrensibus.

Fassi mihi estis iniuriam corcyrenses: qui ambrachie fines et late Acarnanū agros depopulati: om̄ia in predā diripuistis. cum tn̄ ipe vobis totiēs antea ignouissem Sed qui prius iniurias intulere: grauiores ipsi expectent necesse est.

Corcyrensēs Turco.

Erras vehementer: si nos tibi fassos iniuriā tantuz existimas. nec tuoꝝ clades et belli detrimēta intulisse. Nos ideo aduersum te prius arma sumpsimꝰ: vt grauiora in hostem moliamur Neqꝫ enim tyranni crudelitatē ferre equo animo possumus: qui nullo immanitatis sceleruz ac libidinis genere omisso: vim om̄ibus attulerit.

Turcus Regi Ciproꝝ.

Ad kalendas sextiles cum exercitu in Ciliciā peruenis vt Tharsiaz vrbez opulētissimā expugnarē. Lupuz vo classis tue legatū. nō longe a phreatis captū occidimꝰ. Tu igitur: qui paternū regnū adeptꝰ es: nunc fortune leuitatē metue. Nihil in humanis rebus diuturnum atqꝫ idem felix esse potest

Rex ciprorum turco

Cum bello ciprum repeterem: nullis paterni regni viribus hosté ad Ceraumia vici qui tunc meorum ope destitutus: apud Carras exulabam. mox tñ insulam parua manu ingressus incredibiles hostiũ copias superaui. vt me quidé oẽs Euagorã anteisse predicarunt Nos igitur oĩa consulto gerimus: ac militũ virtute. nec tam bene gestis gloriamur: quam futura puideamus Tibi vero presertim fortuna longe metuenda est qui tot rerum successibus ac nimia vsus felicitate videaris Nam omnia fatis cõmittere: nõ tam homini incertum est: quam sepe temerarium.

Turcus Methonensibus

Nec vrbem vr̃am Methonenses oppugnare: nec tñ ab exercitu nr̃o tutã esse volumus: donec (belli diuturnitate) ciues in odium arma verterint. Sic eñ valitudine semp aduersa laborantibz: mors nempe langoris tedio exoptatior ẽ: quã vite lõgitudo.

Methonenses Turco

Parui siquidé semp arma fecimus: que ignauis terrorem: fortib9 vim nullam afferãt Tu tñ esse de nobis sollicitus desine: qui sine hostiũ cõsilijs: aduersa pferre didicim9 Scito pterea nunquã arma in odium verti: quibus aduersus tirannũ patriã libertaté parentes ac liberos egregij ciues tueãtur.

Turcus Coronensibus

Non pudet vos Coronéses ter ad Mantineaz acie supatos vires et exercitus reparare An ne ideo bellum sp geritis: vt vinci tociés sero peniteat Si vero pacis obtinéde grã in nos arma súpsistis: timori vestro ignoscim⁹ Si reb⁹ afflictis vincédi spe: insaniaz accusamus.

Coronenses Turco.

Qui bellũ tociés in hostes moliũtur: hi se quidé pacis studiosissimos longe oim declarãt. pax vero nulla ciuib⁹ aut securitas reddi pt: nisi pugna cũ hostibus omissa Nã belli sp et pacis arbitria in victoria posita sunt.

Turcus Florentinis.

Mercatores vri qui Galathis et in Ponto negociant ad nos Thessalonice oratũ misere vt illis vectigalia a publicanis et cõmeat⁹ oĩes liberi eént. Nos igitur: quib⁹ nihil pulchrius est: quã in amicos liberalitaté oñdere. vros ciues libertate donauim⁹ Nam qui benemeritis de se beneficiũ contulit: is non tã aliquid exhibere: q̃ referre gratiam videtur.

Florentini Turco.

Beneficiorum magnitudine a te profecto supamur gratitudine vero animi nequaq̃: Nam dignũ te aliquid in ciues nros cõtulisse: id quidé mltifecim⁹ sp At nos vero maiora tibi viribus referre pluris hoc esse ducimus Non. n. magnitudine rei beneficium: sz voluntas animi officio pensanda est.

Turcus Ponticis.

Naues onerarias: quib⁹ veluti ꝓpugnaculis maris infestabantur: captas in Egeis ad vos remisimus. Neqꝫ tñ p deos immortales vt aliquid ad gratiã cõtulisse videamur: nobis mlto quippe gloriosius ẽ liberaliter in oẽs plura conferre: ꝙ accipere.

Pontici Turco.

Liberalitate in oẽs vti: quid hercule aliud ẽ: ꝙ hominum grãm ꝓmereri? Tu vero nauib⁹ ad nos remissis ex hostib⁹ iam pridez: nunc belli socios reddidisti. Adeo pulchrũ ẽ iniurias in grãm cõmutare

Turcus Cretensibus.

Turpe quidem nobis est Cretenses amicitiam colere: in qua bellũ poti⁹ aduersum nos quã pacẽ ostẽditis. Sed videte queso: ne vobis temerariũ sit eos mox vt hostes formidare: quos prius socios nullo iure contempsistis Multos eñ sepe conatus sui penituit.

Cretenses Turco.

Et vim vi repellere: ac dolum dolo nectere: nobis ſp maiorum instituto licuit. neqꝫ tamen amiciciam violamus: si inimicorum iniurias vlciscimur. Sed quonam pacto tu a nobis fidem exigis: quam ipse nemini vnquam antea prestitisti.

Turcus Chijs.

Tributa vobis chij remisimus. nam cum vestrorũ erga nos meritorꝝ magnitudinez respiceremus uos quidem esse iussimus immunes. Non enim ab amicis pecunie: sed fides exigenda est.

Chij Turco.

Non quod pro tua erga nos libera[illegible] optauimꝰ id enĩ votis minime assequeremur: sed quod valuimus grãs tibi immortales habemꝰ in posterũ. Hoc nobis tñ solatio est: quod facultate ab amicis non liberalitate vincimur.

Turcus Epidauris.

Abideos Phriges et Dardanos maris ãtea predones nunc classe ad Milas interceptos: ac varijs cruciatibus enecatos audio Id quidem a vobis iure belli factum existimarim. Liburnicas tñ ac biremes incendio absumpsisse turpissimũ ducimus. Non enĩ bellum vobis cum nauibus quid vero sentiant. sed cum rectoribus suis gerendum est.

Epidauri Turco.

Et pyratas iure belli captos ⁊ liburnicas incendio absumpsimus. Illos vero quod nos sepe incursionibus infestarũt. has quidem quod latrones finibus nr̃is inuexerãt. Par ergo duximus naues cũ rectoribus suis incendere: que p̃dam nostrorꝝ ac spolia in asiam auexissent. Arma enim quibus oppugnantur pro hostibus habenda sunt.

Turcus Nauplensibus.

Non cessabitis ab iniuria Naupleses: qui fines achei orum ingressi: multos quidem mortales crebris excursionibus in predam adduxistis. Quo pacto enim fieri potest vt qui metu clausi permanent obsidione victoris agros et oppida late incendio vastauerint. Sero tamen patrie consule videntur quam desperatis rebus conantur extrema.

Nauplenses Turco.

Et patrie imprimis ac ciuium saluti: quibus omnia debentur vitam obiecimus. Aut enim pro defensione Rei publice salua nobis libertate honestissime cadendum est: aut depulso tyranni iugo: pristinam retinebimus libertatem. Nihil voro pulchrius esse ducimus: quam parentibus: liberis: ac rebus postremo omnibus: patrie libertatem anteponere.

Turcus Pannonijs.

Virtutem vestram Pannonij et si bello maximam sepe declarastis: plus tamen vobis incomodi attulisse: quam boni quicquam vsum didicistis. His vero qui maiores viribus animos gerunt: semper affuit in bello temeritas

Pannonij Turco.

Nec belli a te consilia: nec armorum quibus oppugnamur rationem ab hoste exigimus. Satis prudencie quidem gerendis rebus haberi existimantur qui virtute animi et constancia victoriam sibi cum laude pepererunt.

Legati ad me vestra mandata ꝑtulere: quibus nos ad odiũ potius quam ad gratiã prouocastis Uos em̃ tociens victos et supplices decere magis videbaṫ pacis conditiones recipere: quam auferre impuden tius Turpe quidẽ ẽ calamitatibus affectos supbe cum victoribus agere.

Macedones Turco.

Nulla tecũ nobis ex equo pax esse potest qui tueri patrie libertatem studeam⁹: tu vero armis imperiũ querere: nec tñ nisi constanter et ingenue de Re publica loqui possum⁹: qui pulchri⁹ libertate nihil apd homines esse ducimus. Hoc tñ cõmune tyrannis viciũ est: vt graui sp odio liberas ciuitates insequãtur

Turcus asiaticis.

Oratores vr̃i apud Zizicum legationẽ exposuẽ: qui bus re nobis hostes verbis quidẽ socios ad arma ostenditis. Aut igitur naues longas quam primũ nobis subsidio mittite: aut bellũ eligatis Neq₃ em̃ verbis sp amicoꝝ voluntas: sed cum facto opus sit tñ maxime rebus declaranda est.

Asiatici Turco.

Quod multa coram per legatos pollicemur: re aũt perpauca exhibemus: alterum grati quippe animi ẽ alterum inopie asscribendũ. Munera vero ad te ꝑ Mearchum misimus: que si tuis animis fortasse mi nora videbuntur: nostris tamen viribus maiora fu isse existimabis.

Turcus Bithinijs.

Nec ad belli vsum naues: nec pecunias in tpe misi-
stis. Tarditatem igitur vr̃am accusamus. Videte
obsecro: ne nobis infensi reddant: quos p negligẽciã
contemnere videmini Prestat em̃ voluntaria sem
per in hostes arma sumere: quam post m̃ltos ad bel
lum cogi.

Bithinij Turco.

Naues ex omni numero xx. nuper incendio consũ-
ptas amisimus. Relique vero ad maleam partim
illise scopulis: partim etiam absorpte pfundo in ho
stium conflictu periere. Pecunias vero omnes belli
diuturnitate exhausimus Ignosce igit̃ tot fortune
calamitatibꝰ affectis. Nulla. n. liberalitate vti possũt
qui extrema rerum inopia laborant.

Turcus Delphicis.

Nec apollinis vestri oracula: nec medicine auctor
Esculapius vos omnino ab insania liberarent: qui
rem adeo inconsulte gessistis: vt ne minerua quidem
ipa consilium vobis in tanta demencia afferre queat
Nam corporis sepe langores ope adhibita curãtur:
morbo quidẽ animi vis nulla mederi potest.

Delphici Turco.

Sapiẽcia quidẽ a rebꝰ gerẽdis plurimũ distare vi-
det. Nobis tñ qd̃ et medicis plerũqꝫ euenit qui alioꝝ
morbos ad sanitatẽ pducũt sibi v̊o nequaq̃ medent̃

Expeditionem aduersum euboicos pergameni susce
pimus. Vos ideo nobis ad Marathonas occurre
re iussimus vt qui vestram sp̄ erga me fidem oppor-
tune declarastis: nunc etiā cū opus sit celeritatē ostē
dite. Duplex illis gratia debet̄ qui in dando nō solū
beneficio liberales: sed etiam ꝓmptissimi ī exhibēdo
videant̄.

Pergameni Turco.

Classe ingenti ad bellū ꝓficiscimur: vt vires nō solū
tuas augeamus/ sed calcidēses fortius oppugnentur
Illis tñ grē nequaquā habende sunt: qui cum pos-
sint quod iure debent liberaliter exhibeant.

Turcus Mithelenis.

Fides vr̄a Mithelenī et si omni tempore nobis per
fecta ē: nūc eā tñ maxīe omniū declarastis: quos qui
dem vrbis portas hostibꝰ occlusisse audio. Non em̄
aliorꝝ ꝑfidiam libent̄ imitamini: qui nouis sp̄ rebus
student. Adeo pulchrū vobis est amicicie iura simul
tueri atqꝫ armis patriam defendere.

Mitheleni Turco.

Bithinei quibꝰ extincta omnino Re publica sub ty
rannide ꝑpetua agendū ē: satius in potestate vnius
esse duxerunt: q̄ mltorum regna experiri. fidē igitur
nr̄am in hac re nō tā ꝓbare debes: q̄ admirari pru-
denciā. Non em̄ eos libenter imitamur: qui morbo i
curabili laborantes: multos sibi medicos adhibent/
nullam tamen ad crebra remedia corporis valitudi
nem recipiunt

Turcus Amazoniis.

Si pro tuenda ciuium libertate Amazonii bellum aduersus me susceperitis: non tā vos ipse hostes iudicarem: q̄ egregios ciues ꝑ patria: liberis: ac parētibus arma sumpsisse. Sed nulla quidē ratione persuaderi valemus: eos nunc viroꝝ imperia recusare: quos olim regna feminaꝝ tam diu pertulisse audio

Amazonii Turco.

Amazonidū regna: que nobis ad contumeliam obiicere videris: nos minime quidē aliis parere hortantur. Turpissimū em̄ ducimus: viros feminaꝝ virtute superari. Eos igitur inuictos armis et principatu dignissimos arbitrare: apud quos etiā mulieres imperare didicerint.

Turcus Illiricis.

Nec vrbem v̄ram armis tueri: nec diucius obsidionem premi sustinetis / aut igit̄ victis leges accipiēde sunt aut arma tyranni propulsanda Dementium sane est omnibus sociorum auxiliis atque ope destitutis: cum Rei publice detrimento bellum ꝓtrahere

Illirici Turco

Cum nobis semper animos ad retinendā libertatez affuisse nō ignores / spes adhuc nostras libent̄ āplectimur Neq3 vero in deterius labi fortuna potest vbi afflictis rebus opem afferre nequeas.

Turcus Rhodijs.

Si vobis eadē Rhodij que animi est viriuz quoqꝫ magnitudo par esset: vos longe quidez omniū inuictissimos ducerem. Sed cū viris equis armis pecunijs et cōmeatu bella parent: vr̄am magis fortunaz respicere oportet: q̄ꝑ nos temere in pugnā lacessere. Minime em̄ par ratio videtur hostem posse animis atqꝫ eundem viribus supare.

Rhodij Turco.

Et vires nobis atz animos semꝑ affuisse multis ac maximis tuoꝝ cladibus non ignoras. omīaqꝫ ad necessarios rerum vsus abunde cōparauim⁹ vt nō minus domi Rhodioꝝ prudenciā quam foris in bello magnitudinē animi admittē. Nos vero et si armis inferiores sumus: a te ꝓfcō fortuna: nō virtute superamur.

Turcus Rhodijs.

Audio vos Rhodij nunc fossas vrbis ingentes ac triplici vallo muros circūduxisse. portus vero geminos ad Mandrachiū Collossi ferreis arctasse cathenis: vt ciuitas ab incursu hostiū libera sit: et nos ab oppugnatione vestra deterreamur: Res ꝓfecto memoratu dignissima. Quid em̄ pulchri⁹: quaz libertatem: patriā: liberos: ac parētes (seruata re publica) armis defendere? Sz qui tn̄ uobis animus est ꝑ deos immortales tam ingenti apparatu nostris virib⁹ terra ac mari obsistē? post em̄ Bizantium Lesbon: Peloponessū: et calcidē expugnatas: vos aliaꝝ potius vrbiū fatū decet imitari: q̄ꝑ in exēplū cladis ꝓbe-

re. Nam qui virib⁹ maiora audent: temeritatis quidē penas sepe dederūt.

Rhodij Turco.

Grecoꝝ nobis captiuitatē nō tā ꝯmemorare dēs q̄ꝑ nos alijs i exēplū v̄tutis referre. qui iustiore belli cā melioreq̄ꝫ rerum fiduciā gerim⁹. Te vero semel ad Coum: bis etiā armis ad Calymnū vrbē vicimus Soldani q̄ꝫ babilonioꝝ regis vires et arma obsessi ꝓfligauimus. Egyptijs vero Syris et phenicibus nauarche Rhodij bellū sepe intulerūt. Nolite igitur aduersum innumeras orbis gentes victorib⁹ fiduciaꝫ nobis exprobrare: qui alioꝝ potius aduersum te animos v̄tute nr̄a augeam⁹: quā ex captiuoꝝ ꝯmemoratione terreamur.

Turcus Epiris.

Dirachiū: Apoloniā: atq̄ꝫ om̄e illiricū latus ab exercitu nr̄o infestari: nuꝑ ex legatis Molossoꝝ cognouimus atq̄ꝫ viaꝝ angustias latronibus obsideri. nihil ve intra Macedoniā tutū eē retulerunt. Nos vero Epiri iam pridē fatis oīa credidimus. ac ius in armis experimur quāobrem pristine v̄tutis memores decere vos magis arbitror acceptas vlcisci iniurias: quā de his frustra ꝑ legatos verba facere.. Non em̄ orōe: sed bello vis hostiū ꝓpulsanda est.

Epiri Turco.

Si nobis id quidem armis licuisset: acceptas ab hoste iniurias vlcisci mallemus: quam de his tecum ꝑ legatos agere. Sed cum nullis viribus id assequi valeamus: satius quidem esse duximus pacem ab

hostibus petere: quam bellum frustra moliri Nã rcẽ omnia cõsiliis ꝓuidisse: nõ tam prudencie debet quã fortitudinis videri.

Turcus Dalmatis.

Tributa vobis imperauimꝰ: que cum sero nimis exhibeant: id facere inuitos ostenditis. Aut igit̃ fidem vestram (cum opus sit) re nobis ꝓprobate: aut bello vos hostes declarabimus Minime quidez decẽ videtur in amicicia dissimulatio.

Dalmate Turco.

Tarditatem minime nostram accusare: sed inopiaz debes Nullo em̃ pacto exhibere tributa possunt: qui nullã cogendi pecunias facultatem habent. Quam obrem minime hostes iudicandi sunt: qui fide tantũ in amicos: liberalitate vero nulla ob inopiam vtant̃

Turcus Apulis.

Brutiorꝫ vrbes atꝫ omnem late Apuliaz iure belli repetimus: qui vt grecos armis subactos nostro adiecimus imperio: nũc eam ꝙ italie oram armis inuadere paramus: que magna quondã Grecia vocitata est. Vos igitur aborigenes vr̃os pulcherrime imitari: deditionẽ facite Turpe quidẽ videt̃ egregiis ciuibus: ab instituto maiorꝫ ac patrie legibus descis cere.

Apuli Turco.

Qui omnia ex libidine agunt: vis sibi quid est in armis esse declarant Tu vero et si nos grecorum cala

mitatem sequi iubes: non tā nobis eorum leges quā regnū psuadere niteris. Sed nullo pacto fieri pt: vt tibi ceteris ad grām pmptiores reddamur: qui captiuos (omnibus a te supplicijs affectos) inter varios cruciatus crudelissime enecasti. Facile em̄ clemencia liberalitate et iusticia regna parari solēt: difficillime vero sub tyrannide armis retineri.

Turcus Brundusinis.

Portus nobilissimi ad nauiū receptacula: atꝫ vrbis vestre sitū: ex legatis Messapiorꝝ cognouimꝰ. Uos idcirco cuꝫ hydruntinis belli socios nobis ad arma pollicemur. Copias namque in Italiā traijcere paramus: quibus ingenti comparato exercitu: victoriā consequamur. Minime igit̄ eū vos decet aspernari quem ob iusticiam sui diligere possint: atꝫ hostes ob arma formidare.

Brundusini Turco.

Non pudet eos te belli nefarij socios in arma euocare: quos sp̄ hostes omniū acerrimos habuisti. Detestanda quidē arma tyranni sūt: cui post victoriā int crudelitatē scelera et libidines: captiuis mox seruiendum est.

Turcus Syracusanis.

Audio vos Syracusani cū agrigētinis: Messanis et Cataneis aduersū nos (p restituēda grecorꝝ libertate) ꝯspirasse. Nos idcirco ex Peloponesso copias ingentes Syracusas traijcere paramus: vt eos nūc hostes experiamini: quos prius socios nullo iure cōtempsistis.

Syracusani Turco.

Cum gerēdi belli fiducia aduersum te arma sumpserim⁹: nil temē ꝓfecto agredi in hostē videmur. nā qui iustius de impio certāt: aut ꝓmptiores ad victoriā reddūtur.

Turcus Italie Magistratibus

Germaniā: Gallias: et Hispaniam aduersum nos ꝯncitasse audio. vosqꝫ illis ad bellum Duces exhibuisse. Parū sibi quidē consulere videnť: qui temere hostem in pugnam nulla causa lacessunt.

Italie magistatus Turco.

Iustissima nobis tecum belli causa est: qui seuissimi Tyranni crudelitatem ac scelera detestantes: arma aduersū te velut publicū nature hostem sumpsimus nec solū cū Germanis Gallis Hispanis et vniuerso occidēte ꝯspirauimus: Sed liberas ciuitates etiaꝫ ꝑ legatos aduersus Turcoꝝ gentem vndiqꝫ sollicitamus. Idcirco ꝑsuasi a nobis christianoꝝ opulentissimi Reges coactis ad bellum viribus ꝑ̄ꝓ̄os in arma concitarūt vt tot crudelitates tuas furorem cedes libidinē incēdia et vrbiū direptiōes vlciscantur. ac defensa hoīm libertate: tuis ab iniurijs orbeꝫ vidicem⁹ Iustissima quidē arma sunt: quib⁹ publica omniuꝫ salus ꝯtineať.

Turcus regi Ferdinando.

Egregias laudes tuas et inuicti animi magnitudinē ac rerum gestarum gloriā libentissime accipio qui cū

tociens bello hostes ꝓfligaueris: ea ratione vicisti: vt victis posses ignoscere. nec vt iustissimā vltionis iraꝫ hostis publicus: veꝝ animi clemēciā quiuis in te experiret. et qđ summuꝫ in principe ducimus: fortuna quippe aduersa te sp̄ inuictū ꝯstitisti: nec in secundis rebus elatū. Hec ideo de te libenter cōmemorauim⁹ qm̄ sepe etiam virtus in hoste laudatur.

Rex Ferdinandus Turco.

Et si pulcherrimū eē ducim⁹ aliquo insigni merito ab hostibus laudari: quod eoꝝ veri⁹ ꝓbamur testimonio. et amicoꝝ sepe iudicio fallimur. Nos tn̄ verbis nō tam glorie voluptatē querimus: quā vt ꝓpriam ex reb⁹ gestis laudem assequamur: Hec vo libētissime complector: cū tibi me videri: quē simul hostes ob virtutem admirari: et ciues ob iusticiā colere possint.

Turcus Siculis.

Cartaginensiū duces: quib⁹ olim cum Romanis de imperio orbis diu certatū ē: multis vos sepe cladib⁹ afflixere: ꝙ partiū studia secutos: egre in fidem retinerent. Nunc vero subsidia Rhodijs ad halicarnastum misisse audio. et comeatus oēs ad belli vsum manibus onerarijs comportasse. Vos igitur hostes publicos bello declarabimus. vt qui nos frustra leserint temeritatis penas luere cogantur. Non em̄ solum nobis tutum ē: ab alioꝝ iniurijs vindicare: sed hostibus etiam formidolosum.

Siculi Turco

Nec cōtra te arma sumpsimus: quos nūc Rhodijs subsidia i halicarnasso misisse arguis: nec quēpiam affecisse iniuria videmur: si crudelissimo tyrāno sociorum auxilia fideq; anteponimus Noli igitur maiorū perfidiam siculis obijcere qua quidem omibus ipse fidem datam ac iusiurandū semper violaueris nec eos minis perterrere debes: quibus promptius ē ad arma iniurias quā ad verba referre

Turcus Alexandrinis

Mercatoribus vestris alexandrini pōtum omnem et asiam interdiximus. Nam cum Bitiniorum vrbes ere alieno opprimerentur: legatos ad me Callipolis questum misere. Insuper negociatorum vsuras detestantes: quibus ciuitatum pecunie exhauriantur. Sanctius nobis igitur uisum ē ad multorū potius: quam ad paucorum utilitatem respicere

Alexandrini Turco

Et si minime ad vos pertinere videatur: tecum de priuatis rebus cognoscere: si tamen eadem gesta fuerunt aut tentata que scribis: nec graciam a nobis: nec odium in hac re promereris Cuiq; enim pro arbitrio res sua agitur

Turcus Tartaris

Quod multis sepe usu euēit ut vel metu aliquo aut necessitate in alios plerumq; deteriores fiant vobis quippe natura loci tribuit omnium fore pessimos

qui velut incōdita vulgi barbaries nullis legibus te-
nemini. Cum tñ ad nos pecunias nec in tēpore le-
gatos miseritis: illas quidem exhibē nobis per vim
debere ostenditis.

Tartari Turco.

Stultū ē ꝓfcō te a nob̄ exigē: q̄ aliorꝝ spolijs ac rap-
to viuamus. atꝫ ab his legationeꝫ frustra expectas
qui nō orandi studiū: sed belli gerendi curā foris sus-
cipiunt. Mores p̄terea nr̄os iam admirari nequa-
quā debes: cum parū absint a ritu ferarꝝ. Nam qui
maiorꝝ instituto ius ip̄m in armis habent: cedibꝰ pre-
da ac rapinis pro legibus vtuntur.

Turcus Atheniensibus.

Gynnasia vr̄a Athenienses quibus florentissimam
rem publicam eximiasq̄ꝫ philosophie laudes assecuti
estis: nos maxime hortari videnẗ: vt vrbi vr̄e ignos-
ceremus. cum ꝓpter maiorꝝ sapienciā ac dignitatem
tum etiā ob studia bonarum artium: quas simul in-
uentas athenis ac ꝑfectas accepimus. Sed cum ve-
strum semꝑ in me odiū ipse considero: beneficijs qui-
dem vos potiꝰ irritare: quā ad gratiā promptiores
mihi reddere videor. Idcirco agros eleusine incen-
dio late depopulati. Appyero ad Megaras in predā
militum diuisimus mox vrbem etiā pari fato direp-
turi. Hostis ei clemenciā sepe vincit delicti magnitu-
dine.

Athenienses Turco.

Non odio quidem aduersum te nitimur. Quid enī salua nobis libertate eē pot. sed pro patria liberis ac parentib⁹ (quibus omnia debent) arma sumpsimus Nec tecū hostiliter agere videmur si nr̄a defendim⁹: cū tu aliena oppugnes Sed quid te maxīe deceat respicere oportet. nunquid ipi deliquerimus. Ignouit Sylla Athenis Bis etiā Alexander venia dignatus ē. Que vo tua dici victoria pt: si nos belli pmiū pdideris? Debes igitur nos potius i exemplū pietatis seruare: quo tibi facile omniū animos ad gratiaʒ conciliabis: quam crudelitatē: libidinem: et furorem in captiuos ostendē: quib⁹ grecos aduersū te odio cōcitabis. Nos tñ quibus nlla vlterius belli fiducia ē: nisi venia dignaberis extrema fortiter audebimus. Quid em̄ pulchrius est: aut in humanis vnq̄ iucūdius esse pt: quā egregios ciues atq̄ domesticos p salute omniū sese intrepidos morti exponere?

Turcus thebanis.

Direptionē athenaꝝ vos egre Thebani ptulisse audio: quos et belli socios et consilioꝝ i me participes extitisse iam pridez psuasimus. Vobis igit̄ quibus ingens hostiū metus incessit idem rerum exitus fata debent: paresq̄ atheniensibus calamitates Hec ideo significauimus: vt metu prius et scelerū cōsciencia: mox vero grauiorib⁹ supplicijs torqueamini.

Thebani Turco.

Deletis Atheniensib⁹ non solum Thebanis anios: verum et grecis omnibus: quoꝝ sepe libertatis auctores extitimus: vires ad bellū auxisti: qui armorum

rabie versi in furorem: te quidem in tot scelerꝫ penas
vltro reposcant Solet etem̄ plerūqꝫ afflictis rebus
vltima fati necessitas serā quoque miseris salutē pol
liceri. nec facile tyranno parere consuescūt. qui alijs
imperare didicerint.

Turcus Lacedemonijs.

Exercitum Lacedemonij: quē ad spartā oppugnan
dā sub Cleandro misimus formidare vos audio: in
quo peditū. . M. xx. delecta ꝓparauim⁹. Equitū vo
leuis armature. viij. quorꝫ etiā virtus i bello eximia
ac fides nō tā sepe nobis spectata ē: quā hostib⁹ for
midolosa. Vos igitur tot fortune calamitatib⁹ affe
ctos: ad rem publicā ac ciuiū salutē respicere oportꝫ
ne si pristina maiorū virtute bellū vobis supra vires
aduersum nos gerendū sit: mox temeritatis penas
luere cogamini Pulchrū eniꝫ ē grām i his ab hoste
ꝓmereri: quē si facere recusamus: ad eaꝫ mox tamen
inuiti compellimur.

Lacedemonij Turco.

Cleandro apud laconas cum vniuerso exercitu no
stro deditionē nosmet sponte fecimus. Tutius enim
lacedemonij eē duxerunt hostiuꝫ consilia admittere
quom salubria viderentur: quaꝫ arma experiri. Nec
visa nobis potior victoria est: quam nullo rei publi
ce detrimento patriam ab incendio belli seruasse.

Epistolae Magni Turci finiunt: a Laudino equi
te hierosolimitano edite.

Johannes Maius Ad lectorem

Suscipe quisqꝫ voles tibi sponte sua veniente
Equanimos ciues: magnanimosqꝫ duces.
Quidue vide virtus: animus: sapiencia possit:
Et veteres illas nosse quid historias.
Hostibus insurgi: aut meritis bene gratia reddi
Debeat: aut ꝑplus qua ratione regi.
Ergo age que magni cursus tibi contulit orbis
Munera laudini plena fauore legei